



Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gegorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio LX. De Sequestratione Decimarum, & Arrestatione equorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

* * * * *

TITULUS XVII.

De Sequestratione possessionum & fructuum

DECISIO LX.

De Sequestratione Decimarum, & Arrestatione Equorum.

SPECIES FACTI.

IN quodam Bavariæ pago fulmen cecidit in ædes Parochiales, easque cum horreis & stabulis accensas redegit in cineres; quas proinde novo ædificare necesse habuit Parochus. Is tamen ædificia hæc suscepit inconsultis Ordinario & Condecimatoribus, nec ideâ illorum ipsis prius ostensâ, nec ullâ conferentiâ de futuris necessariis sumptibus habitâ cum prædictis Condecimatoribus. Structurâ ad finem perductâ, & quidem, uti fama erat non inanis, excessivè splendidâ, petiit à Condecimatoribus, ut pro rata Decimarum, quas in hac Parochia colligunt, ad expensas trium ferè milium florenorum concurrant. His contra nimium splendorem excipientibus, &, quòd Parochus iis incon-

sultis ædificaverit, conquerentibus ac propterea à faciendo concursu giversantibus, saltem quoad partem summam, Judex, ad quem Parochus confugit, Decimas partium Decimatorum sequestrari præcepit.

In ejusdem pagi publico hospitio diverterat Nobilis quidam, & plurium dierum moram cum medicetur abitum, hospes propria auctoritate equos arrestari fecit, non dimissurus, donec Nobilitatem satisfecisset pro symbola, & expensis, in memorati Nobilitatis famulitii, & aurigæ per illos commorantium præbita alimentis.

QUÆRITUR I.

An Judex rectè jusserit sequestrari Decimas?

Videtur, quòd sic: I. Sequestratio Judicialis (vel necessaria)

seu quæ non ex conventionem partium sed autoritate Judicis fit, est re-

vel fructuum, de quibus controver-
 sita est, in tertiam personam transla-
 to vel depositio, per Judicem facta,
 Ceter. de process. execut. p. 1. c. 2. n.
 71. Berlich. p. 1. concl. 73. n. 11. sed
 talis depositio permittitur non tantum
 de Jure Communi c. 2. 3. & Clem.
 m. d. l. 7. §. 2. ff. qui satisdar. cog.
 l. 1. De Jure Bavarico tit. 13.
 art. 2. §. tit. 19. art. 4. ergo etiam in
 nostro casu sequestratio Judicialis de-
 cretum rectè fuit decreta, acceden-
 te presentium esse potuit, quod exu-
 ra Parocho, ad solvendam operariis
 & opificibus mercedem, & ligna la-
 pidesque subministrantibus pretium,
 summo opere fuerit necessaria pecunia,
 ex altera autem parte hanc citò
 obtinere non potuerit seclusa seque-
 stratione, eò quòd processum contra
 Condecimatores, concurrere renuen-
 tes, instituere oportuerit, qui faci-
 de trahitur in longum.

Sed non dubitandum, quin malè
 sequestratio à Judice decreta fuerit,
 & nimis preproperè. Siquidem per
 se & regulariter omni Jure prohibita
 est sequestratio Judicialis, nempe
 extra quosdam casus, in quibus ta-
 men hic non versamur; expressè ex-
 nim prohibetur; Jure Civili quidem
 l. m. C. de prohibita sequestratione pe-
 cunie, ubi Actor jubetur prius ex-
 petiri vià ordinarià, & de jure suo
 docere, antequam Judex patiatu-
 rationem Adversarii impetrare. Jure
 Canonico autem can. ult. caus. 11. q. 1.
 & c. 2. h. t. ubique Glossa v. sequestrari.

ut & Jure Bavarico d. tit. 19. art. 4.
 Conferantur Schurf. Cons. 15. n. 1. seqq.
 cent. 3. Cravetta Conf. 978. n. 1. 2.
 Mynsinger cent. 5. observ. 35. n. 3. Gail
 l. 1. observ. 148. & de Arrestis Imper.
 c. 1. n. 7. Joan. Gœdd. de sequestrat.
 c. 1. n. 83. seqq. Ratio duplex petitur
 ex Jure; nempe quia nullus debet
 possessione sua & ejus commodis
 privari. §. 4. verb. Commodum, Inst.
 de interditiis. c. laudabilem. Ut lite pend.
 Panorm. in c. 2. h. t. n. 5. Gail l. 1.
 observ. 147. & 148. per sequestratio-
 nem autem privatur quis suæ posses-
 sionis commodis & fructibus. De-
 inde quia processus non est inchoan-
 dus ab executione. l. 1. §. 2. C. exe-
 cut. rei jud. l. 58. ff. de re jud. ac in-
 star regulæ tradunt DD. sed seque-
 stratio est quadam species executio-
 nis, ut est manifestum. Adde, quòd
 ad decernendam sequestrationem de-
 bitum debeat esse liquidum, saltem
 summarie prius cognitum à Judice:
 dein vocandus est debitor, in cujus
 præjudicium petitur sequestrum: ter-
 tiò petens sequestrationem jurare de-
 bet, quòd illam non causâ calumniæ,
 sed ad sui juris conservationem po-
 stulet: demum requiritur, ut ex per-
 sona debitoris, contra quem petitur,
 appareat suspicio, quòd dissipet bo-
 na & fructus, vel quòd fugam cre-
 datur arripere, vel quòd aliàs venia-
 tur ad arma. Berlich. d. concl. 73. n.
 120. seqq. cum innumeris: quæ ta-
 men in nostro casu omnia abuisse
 memorantur. Unde debuit seque-
 strum, ita injustè decretum, statim
 cassari

cassari & relaxari absque omni cautione. Colerus *lo. cit. n. 93.* Schurff. *conf. 6. n. 4. 8. cent. 3.* debuisset quoque Parochus sequestrationem petens refundere sumptus à Condecimatoribus fortè propterea factos, ac iisdem præstare damnum & interesse pro rebus ita defacto sequestratis. Berlich. *n. 130. seqq.*

Argumenta adversantia in præsentibus non stringunt. Nam Jus Commune, uti & Jus Bavaricum, non permittunt sequestrationem extra casum justæ & gravis causæ, uti est I. Si justus sit timor, ne possessor, cuius bona sequestrari petuntur, ea dilapidet, & se reddat imparem solvendo. II. Si Reus, à quo petitur res mobilis, sit suspectus de fuga, ne unà cum re aufugiat, non habens in loco bona immobilia, ex quibus satisfieri possit. III. Si periculum sit, ne aliàs deveniatur ad arma, ut si uterque dicat se possidere, vel rem ad se pertinere. IV. Si Reus sit contumax, & immissio in ejus bona vel possessionem adhiberi nequeat, uti in beneficiis &c. Berlich. *concl. cit. cum aliis. D. à Widmont ad ff. tit. Depositi*

n. 21. seqq. qui n. 25. v. interitus tem. addit, licet ab Auctoribus referatur plures casus, imò undecim à Franc. Balthasar. præf. resol. tit. resolut. 4. triginta & septem, in quibus remedium sequestrationis adhiberi possit, omnes posse reduci ad primum allegatos. Accedit, quod aliqua ad sequestrationem necessariam paulò antè adducta, in præsentibus sunt ommissa. Denique causa, quæ per sequestrationem decimarum in hoc casu fuit allegata, imò non esse facticiens probatur, quòd ex una parte Parochus defectum præsentis parochi ad solvenda materialia, & mechanicum, sibi imputare debeat, & satisfacendo, & quidem tam splendide interrogatis priùs iis, quos per se obligari ad concurrendum pro suis in expensis: ex altera verò Condecimatores, quorum decimas sequestrari volebat subijci, nec de fuga, nec dilapidatione &c. fuerint suspecti aliunde sint solvendo, bonaque immobilia possideant, ex quibus, in futuro processu causæ satisfieri creditoribus possit.

QUÆRITUR II.

An Caupo potuerit arrestare equos pro Symbola?

Non potuisse, Scabinatus Lipsiensis mense Novembri anno 1604. respondit ex eo capite, quòd pignus propria auctoritate occupare non liceat, *l. 3. C. de pignorib.* Et qui id facit, possessionem compellitur reddere & æstimationem restituere. per *l. si-*

quis in tantum 7. §. si verò C. unde & can. placuit 16. q. 6. Imò non modo jus pignoris, sed etiam creditorem adeoque caupo noster jus symboli exigendæ amittit. *l. exstat 13. ff. de met. caus.* cùm nemini liceat aliter dicere, *l. 1. C. ne quis in propria*

In hoc etiam in hospite vel caupone locum habere, tradit Menoch. *de reprob. posses. remed.* §. Nec ullum arretum sine iussu Prætoris licitum esse docet Salic. in l. *creditores n. 11. §. 12. C. de pignoriibus.* & Colerus *de process.* *arret.* p. 1. c. 5. n. 106.

Quibus tamen haud obstantibus cetero cum Richtero *Decis.* 77. n. 39. verus esse, Cauponi licitum fuisse eoque ignoti Nobilis, in suo diversorio hospitantis, & nondum solutâ symboli abutum parantis, arrestare absque interventu Magistratûs vel Judicis. Fundo me in jure retentionis, quod nihil est aliud, quàm quædam exceptio, qua tenemus, donec nobis de debito, vel jure nostro satisfiat, per l. *in Cod. etiam ob chirographariam pecuniam.* Coler p. 1. c. 2. n. 229. Unde vulgo dicitur: cui datur actio, eidem retentionem non esse denegandam, per l. *in vitis 156. §. cui damus. ff. de R. J.* Sed cauponi ad Symbolam petendam datur actio: ergo & retentio rerum debitoris; cum hoc modo se defendat, & exceptione, si forte conveniretur, sibi prospiciat. Sic ergo retentio, quæ est impedimentum legitimum rerum debitoris, quæ in suis manibus existentes capellit creditor propria quasi auctoritate, non dimittendo eas, donec ipsi de credito satisfiat. Coler. n. 184. licet in specie executionis privatae, in Jure non prohibetur, ita etiam instar defensionis permittitur, & longè consultius est, rei, vel pignori incumbere, quàm in

personam agere; nam retentio etiam peremptio est. l. 77. pr. ff. *de Legat. 11.* Et non tantum competit jus retentionis in casibus, in quibus leges tacitam creditori hypothecam tribuunt. ff. *§. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah.* sed etiam ubi pignus non habetur; non enim pro absurdo habetur, ut fiat retentio sine pignore. l. *si in area 33. ff. de condit. indeb.* Ant. Faber in *Cod. lib. 8. tit. 15. def. 5. n. 3.* Id quod Doctores exemplificant in Domino hospitii, qui detinet tot res & bona hospitanti, quanta sufficiunt pro pretio ad unius alteriusve prandii exsolutionem. Bald. in l. 5. n. 5. C. *locat.* in Caupone pro hospitacione nocturna, vel diurna detinente jumenta vel alias res per hospitatum illatas. Neguzant, *de pignor. memb. 4. p. 2. n. 138.* in exercente cauponaciones vinarias vel cerevisiarias, qui hospiti, pretium pro vino vel cerevisia absumpta solutionem non præstanti, detrahit pileum, enssem, vestem, aut quid simile, retenturus, donec de pretio satisfiat. Carpzov. in *Jurisprud. for. p. 2. const. 25. def. 22. n. 7.* allegans usum communiter toleratum. In Sartoribus & Sutoribus pro mercede confectas vestes vel calceos detinentibus, non obstante, quòd materia vestium sit aliena, donec de mercede ipsis caveatur, vel solutio præstetur. Gail l. 2. *observ. 12. n. 5.*

In oppositum allata vim non habent, vel malè huc applicantur; nam decisioni Scabinatûs oppono responsum facultatis Juridicæ Lipsiensis è diametro

metro contrarium, & reformativum
responsi Scabinatus in eadem causa,
datum mense decembri ejusdem ani-
ni. Cetera vel loquuntur de invasio-
ne rerum propriarum penes alium
existentium, vel de violenta rerum
alienarum occupatione. ut l. 3. C. de

pignor. l. 7. C. unde vi. & cum se
cuiusc. cit. vel de illo, qui alie-
res non amplius habet in manibus
ut l. exstat. cit. vel cui nullum in
detenta jus competit, quod per-
clarum est: ergo ad nostrum casum
non quadrant. Richter n. 39. cit.



TITULUS XVIII.

De Confessis.

DECISIO LXI.

De Reo, legitimè interrogato, nunquam tamen con-
fesso crimen capitale.

SPECIES FACTI.

Eberhardus Nobilis de gravissimo
crimine veneni, personis ad-
modum conjunctis præbiti, publicè
diffamatus, in custodiam, & auctis
delicti indicis in carcerem datus est:
quæ indicia in tantum excreverunt,
ut non modò torturæ subjectus fuerit
Eberhardus, sed etiam vehementem
& violentam præsumptionem venefi-
cii verè ab Eberhardo commissi effe-
cerint, nihilque aliud defuerit ad fe-
ralem sententiam, quàm confessio
Rei, quæ tamen nulli vi ab eo extor-
queri potuit, gnaro utique, quòd
multi graves Doctores non conce-
dant ad pœnam mortis procedi. ex

præsumptionibus etiam violentis
vehementibus, ac insuper quòd
be, in qua tenebatur captivus, ve-
statuto vel ex consuetudine nullum
fici possit aut soleat ultimò supple-
nisi confessus, ita ut non sufficiat
convictum. Quamvis igitur à
tatis Juridicè & legitimè interro-
fuerit quæstione tam severa
mansueta, constanter tamen negavit
Eberhardus imputati sibi crimina-
reum esse. Unde demum carcerem
missus, non in vita punitus, sed
legatus solummodo est extra pœnam
ciam.